

Fama id commissum esto. Hanc si presentia minuit, per
 me licet, ut cum ipsa sim tunc tua semper amicitia.
 Nihil est, quod gravius utrinis impreces. Dum tamen
 profiteor, quã hanc humanitate exceperis, in me colla-
 tam fore, ne indignare si mei Philosophi tria verba
 adscribe, et hoc anbaculè te doceo, qui mihi prodest, ut
per me prosit et sibi, non dedisse beneficium, quin me
instrumentum utilitatis suae fecit. Explicabis hoc tibi,
 mox atque Mariam Casembrotiam perspexeris. Numquam
 ut facias a te contendo, de ijs quae sequentur valde
 secutus. Vale saeculi illustris sidus. Scribo naptini quod
 cominus expositurus eram, nisi me vis major aurea
 servitutis procul a vobis abegisset. In vico Batavorum
 oppido Neomago. Postrid: P. Sentil: C1D1DCXLIX.

Illustrissimae virtutis tuae
 perpetuus admirator.

Ben: a Hessel
 Personae in Loon.

C. H. (1413).
 Non distulissimam hanc rescipionem Vir Amplissime, si
 quidem rem tuam a Principe potuisset impetrari.
 Ille verò cum se opponat hactenus ijs argumentis,
 quibus fulcine causam tuam, etiam ex intervallo
 conatus sum, quo quid subinde novi ponderis habere
 viderentur, superest ut ipsemet experiaris, quanto
 praestantior me arator sis. Ejus rei periculum
 brevi te Haga facturum spero, quando hinc frequentibus
 literis domum revocamus, et molestissimo negotio
 quo hic distinemus, sic defungi festinamus, ne rene-
 adnam ab invidio Principe frustra tentatam im-
 probi subsanniant. Vale Vir Amplissime et
 me ama qui verè sum tibi addictissimus.

Groningae xv. Cal: Nov:
 C1D1DCXLIX.

Giberto Mercatori
 Senatus Embrocensis
 a secretis.

Vir Amplissime

(1414).
 In prociuctu magni et per hanc anni tempestatem mo-
 lestissimi itineris, quo in Frisiam usque Orientalem
 nomine Principis mei excurrendum habeo, brevibus hoc
 Epigrammatium remitto: quod quia immeritò tu
 quidem tanti facis, ut limã veritatis dignum existimes
 adhibui

adhibui ecce illam, et pro cive Mercatore, in ~~oldem~~ Ten-
toburgo dedi, hoc ipso nomine, satis atque abunde
gloriosa. Ama me, et hanc tantum festinationem
boni consule. Haga Pod: Nat: Domini 1648.

Epigramma sic correctum mihi

Mercurique artes bonas
Marti subactas, unis Apollo incola
Haec damna pensat: esse qui superstitio
Felicis publicae tristi rogo
Famae perennis. &c.

Ad Schurmannam. Nobilissima Virgo.

(115).

Vide quam nulla mihi neque corporis neque animi dignitas
sio enellere illam vel interrumpere valeat perpetuas de
virtute tua cum stupore cogitationes. Parum
fuit quod, te faciente, comites Musas planstro vexerim,
ecce nunc inter famulos, quos a tergo et a fronte habui
medius discurrens eques, totis non quatuor horis
seidam rectus de te et ad te hos mecum sermones habui;
hos, inquam, volando versus feci, quod nec Mercurio
credas in mentem hactenus venisse; ut nec ~~ipsum~~
alatum patrem pulcherrimos illos questus, quia te
regione requiramus et quae sequebantur, aliam quam
prosa oratione protulisse. At Aethiopes nimirum
Musae, neutri ne fando quidem innotuerunt, quibus
ergo tu currenti facillime succuristi. Ut ex hoc
stadio me praecipiam, nummos ecce mitto Gallicos
quos in praetio mihi esse dicebam, Varini alterum
alterum ~~de~~ du Pre, praestantissimorum artificum
atque in illo Regno maxime celeberrimo, dubito an
superstitum. Ultra manus utri praestet tu judi-
cabis, et ni fallor, illam tuam omnipotentem, ut
in versus dixi, agere continebis ab hisce tantis viris
imitandis vel superandis. Ejus quid acciderit ali-
quando certior fieri auebo. Vale nobilissima domina
Haga Com: $\frac{4}{14}$. Jan: MDCLXIX.

Heinsio.